[illegible] et largientem mereamur [illegible] plexa humilitate rectorum [illegible] secum. Per. Lectio libri Machabeorum.

In diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes, dum consummaretur sacrificium pro populo israel, Ionatha inchoante, ceteris autem respondentibus et dicentibus: Benefaciat vobis Deus et meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham et Ysaac et Iacob servorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo, Dominus Deus noster.

Gr. Convertere Domine aliquantulum et deprecare super servos tuos. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Oremus. Flectamus genua. Levate. Oratio.

Preces populi tui quesumus Domine clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. Lectio libri Sapientie. Prophetia.

Miserere nostri Deus omnium et respice nos, et ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et immitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua. [illegible] Allevia manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus preter te Domine. Innova signa et immuta mirabilia. Glorifica manum et brachium dextrum. Excita furorem et effunde iram. Extolle adversarium et affligé inimicum. Festina tempus et memento finis, ut enarrent mirabilia tua, Domine Deus noster.

Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine. V. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. Levate. Oratio.

Actiones nostras quesumus Domine aspirando preveni et adiuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te cepta finiatur. Per. Lectio Danielis prophete. [illegible] cum Azaria [illegible] [illegible] [illegible] et in fine [illegible] cum [illegible] [illegible] et in fine dicitur. Dominus vobiscum. [illegible] sine [illegible] [illegible] Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per. Ad Tessalonicenses.

[illegible] [illegible] Rogamus vos corripite inq[illegible]

[...] nulla ei dñec inigra[...]
[...]ad. Statio ad scm trif-
Et resumit offitiu hestern
[...]ne. s. Audivit dns et misert e. c.

Adesto dne suppli- Orō.
cationib; nris et concede ut
hoc solenne ieiunium qd ais cor
poribusq; curandis salubri
ter institutū e devoto famulatu ce
lebremus. P. Lc ysaie ppħe.

Hec dicit dns deus. Si ab
stuleris de medio tui ca
thenā et desieris digitū tuū
extendere et loqui qd nō pdest. Cū
effuderis esurienti aiaz tuā et a
nimā afflictā bonis repleveris
orietur in tenebris lux tua
et tenebre tue erunt sicut meri
dies. Et requiē tibi dabit dns deus
tuus semp et implebit splendorib;
aiaz tuā et ossa tua liberabit. Et
eris quasi ortus irriguus et sicut fons
aquarū cuius nō deficient aque.
Et edificabunt in te deserta se
culorū: fundamenta gnationis et
generationis suscitabis. Et vo
caberis edificator sepiū avertēs
semitas iniquitatū. Si averteris
a sabbato pedē tuū facere vo
luntatē tuā in die sco meo et vo
caveris sabbatū delicatū et sc̄m
dni gloriosū et glorificaveris
eū dū nō facis vias tuas et
nō invenitur voluntas tua ut lo
quaris sermonē. Tc delectabe
ris sup dno et sustollā te sup al
titudines terre et cibabo te heredi
tate iacob patris tui. Os eīz dni
locutū e hec. Sm Marchū.

In illo tē. Cū sero eēt fc̄m
erat navis in medio mari
et ipse solus in tra. Et vidit di
scipulos suos laborantes in remi
gando: erat enī ventus contrari
eis. Et circa quartā vigiliā
noctis venit ad eos ambulās
sup mare. et volebat pterire
eos. At illi ut viderūt eū ambula
te sup mare putaverūt fantas
ma esse et exclamaverūt. Oēs ei vi
derūt eū et cōturbati sūt. Et sta
tim locutus e cū eis et dixit
eis: Confidite ego sū. no
lite timere. Et ascendit ad illos
in navim et cessavit vēt. Et plus
magis intra se stupebāt. Nō eīz
intellexerūt de panib;. Erat enī
cor eorū obcecatū. Et cū trās
fretassent pvenerūt in trāz genesa
reth et applicuerūt. Cūq; egres
si essent de navi continuo cog
noverūt eum. Et pcurrētes univsā
regionē illā ceperūt in gra
batis eos q se male hēbant cir
cumferre ubi audiebāt eū ee.
Et quocūq; introisset in vicos vl
villas aut in civitates in plate
is ponebant infirmos et depca
bant eū ut vl fimbriā vestimē
ti ei tangerēt. Et quotquot
tangebāt eū salvi fiebāt.